

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ipocrisis am
cum fonte primo

O ypocrita, si bonum est bonum esse,
ut quid uis apparere, quod non uis esse?
Si malum est malum esse,
ut quid uis esse, quod non uis apparere?
Si bonum est bonum apparere, melius est bonum esse.
Si malum est malum apparere, peius est malum esse.
Ergo aut appare quod es, aut esto quod appares.

Crisostomus ibidem (Mattheum VII.).

Dicito mihi,
o hypocrita, si bonum est, esse bonum,
ut quid non vis esse, quod vis apparere?
Si vero malum est, esse malum,
ut quid vis esse, quod non vis apparere?
Nam quod turpe est apparere, turpius est esse:
quod autem formosum est apparere, formosius est esse.
Ergo aut esto quod appares, aut appare quod es:
quia manifestum malum a sapientibus non facile
reprehenditur, dum insania aestimatur.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaem*,
45 (PG 56, col.885).